



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. II. Cujusdam Recentioris argumenta solvuntur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

ditur à Sua loco citato, dum sententiam Thos militarium refert, ut aliquo color possit illam impugnare. Nam licet illum antecedat prioritate & rationis, non tamen prioritate durationis & temporis: suppositio autem liberum motus voluntatis consensum solum prioritate naturae antecedens, libertatem non tollit, sed cauſat; ne illam delruit, sed adſicat. Ratio est, quia prioritas naturæ est prioritas causalitatis & originis; unde solum convenient cauſa, respectu effectus; vel principio actuali, respectu operationis. Sicut ergo cauſa non deſtruit aut tollit effectum, sed illum cauſat & perficit; ita & ſuppositione, ſola prioritate naturæ liberum motus voluntatis consensum antecedens, libertatem non tollit, sed cauſat, nec eam laedit, sed conſervat. Unde etiam falso est quod additur à Suarez, omnem ſcilicet ſuppositionem antecedentem deſtruere libertatem: illa enim quæ accommodatur naturali modo agendi voluntatis, & que illam moveat, & applicat ſub in diſferentia objectiva iudicii, & relinquendo potest iam ad oppofitum, ſolaque prioritate naturæ liberum motus voluntatis consensum antecedit (qualis in intentia Thomistarum ſuppositio decreti per determinantib; libertati creatæ non præjudicat, ſed potius illum ſtatuit & cauſat, & eft consequens virtualiter aut æquivalenter, ut in latu exponemus, impugnando ſecundum fundamentum adversæ ſententiae. Unde fit

## §. II.

Cujusdam Recentioris argumenta ſolvuntur. Franciscus Annatus in libro quem pro defenſione Scientie medie edidit, diſp. I. cap. 6. §. 3. pluribus argumentis ſtudere conatur, effe de ratione liberi agentis, poſitus omnibus ad agendum prærequisitis, poſſe non agere in ſenu compoſito, i.e. negationem actionis cum illis coniungere.

Primum sic arguit: Liberum agens, quatenus tale est, ſuppositis ad agendum prærequisitis, potest agere in ſenu compoſito: Ergo & non ager, etiam in ſenu compoſito. Probatur Conſequens ex communi ſenu Auctorum, qui dicunt in cur illud effe liberum agens, quod potest agere & non agere, utrumque ſine dubio eodem modo utiſcant, & eodem modo poſſe putant: Ergo si agens liberum, poſitus prærequisitis ad agendum, poſſit agere in ſenu compoſito, potest etiam eodem modo non agere.

Conſequat hoc argumentum: Quia potentia liberi agentis, eft potentia dominativa, quâ datur illi optionis actionis & non actionis: ut autem in illo fit perfectum dominium, debet poſſe coniungere non actionem cum illis circumſtanciis cum quibus coniungit actionem, alioquin non coniungit ex dominio, ſed ex neceſſitate.

Secundo, Agere agentis liberi, eft agens liberum compone re cum prærequisitis ad agendum ipsam actionem: Ergo agens liberum poſſe non agere, idem eft ac poſſe abſolute non compone re actionem ſuam cum prærequisitis ad agendum. Raritas agens liberum compone ſuam actionem cum prærequisitis ad agendum, ex Didaco, eft facere ut pro eodem instanti temporis ſimul ſint in liberis arbitrio, & prærequisita ad actionem, & loquendo non compone ſuam actionem cum prærequisitis ad agendum: Ergo abſolute loquē do facere potest, ut pro eodem instanti temporis

A ſint prærequisita, & non ſit actio. Denique pro eodem instanti temporis eſſe prærequisita ad agendum in libero arbitrio, & non eſſe actionem, eft componi non actionem cum prærequisitis ad agendum: Sed agens liberum, abſolute loquē do, primum potest. Ergo & ſecundum: Hoc autem eft poſſe non agere in ſenu compoſito, ſignificant compositionem non actionis cum prærequisitis ad agendum: Hoc igitur potest agens liberum, & quaenque neceſſitas impedit ne hoc poſſit, impedit ne sit liberum.

Tertiò, Agens liberum debet hoc poſſe ad quod aliquando tenetur: Sed tenetur aliquando componere non actionem cum prærequisitis omnibus ad agendum: Ergo debet hoc poſſe. Major eft certa, quia ad impossibile nemo tenetur: Minor vero probatur. Quando aliquis peccat, tenetur componere negationem peccati cum prærequisitis ad agendum, quia componere non peccatum cum prærequisitis ad agendum, non eft aliud quam facere ut eodem instanti quo ſunt illa prærequisita, ſit etiam non peccatum, ſeu non ſit peccatum: Atqui homo tenetur face re ut pro eodem instanti in quo ſunt prærequisita ad peccandum, non ſit peccatum, alioquin non peccaret in eodem instanti: Ergo homo tenetur componere non peccatum, ſeu negationem peccati, cum prærequisitis ad peccandum.

Quartò, Hoc quod eft non agere, poſitum in definitione liberti agentis, aliter dicitur in ſacris

C litteris & Conciliis, Renuere, abſicere, diſſentire, reſiſtere. Qubus aperte ſignificatur, elle in potesta te libera agentis, componere cum prærequisitis ad agendum ipsum non agere: quid enim eft quæ diſſentire, niſi diſſenſum ponere? Eft autem de ratione diſſenſus, ut ponatur pro eodem instanti pro quo quis movetur, & incitatur ad conſensum: nemo enim diſſentire dicitur, antequam moveatur, neque poſtquam moetus fuīt, & obtemperavit motioni: Ergo poſſe diſſentire, eft poſſe ponere diſſenſum, pro eo instanti quo eft motione, atque adeo componere diſſenſum cum motione.

Quintò, Exigimus ab Adversariis, ut diſtin ctionis alterum membrum exponant, cum voluntatem quam negant poſitis ad agendum prærequisitis poſſe non agere in ſenu compoſito, dicunt tamen poſſe non agere in ſenu diſivo? Quid, inquam, eft voluntatem poſſe non agere in ſenu diſivo? nempe ſumendum eft oppoſitum ejus quod eft poſſe non agere in ſenu compoſito, diſtin ctionum enim membra debent eſſe oppoſita. Et quia poſſe non agere in ſenu compoſito, eft facere poſſe ut pro eodem instanti temporis ſimul ſint prærequisita, & non actio; conſequenter poſſe non agere in ſenu diſivo, non erit aliud quam facere poſſe ut pro alio instanti temporis quo non ſunt prærequisita, ſit non actio. Atq; ita definitio liberi agentis habebit hunc ſenſum: agens liberum eft illud quod habet potestatem agendi pro tempore quo ſunt prærequisita ad agendum, & ſimul habet etiam potestatem non agendi, ſed pro tempore quo illa non erunt. Quasi vero ſit ullum agens tam neceſſarium de quo no liceat hoc ipsum affirmare; videlicet illius potentia agenti, quæ cum prærequisitis ponit actionem, elle etiam potentia non agendi, pro tempore quo prærequisita deerunt.

Denique, Agens liberum, poſitus omnibus ad agendum prærequisitis, propriè, ſimpli citer, & abſolute dicitur potens ad non agendum: Sed non

## DISPUTATIO SEXTA

126

non potest taliter denominari, nisi possit negationem actionis cum illis componere: Ergo &c.  
Minor probatur, nam potentia conjuncta cum sui esse à l'us impossibilitate, non sufficit ad tribuendam denominationem simpliciter & absolu' potest: Ergo si positis omnibus ad agendum praequisitus, negatio actionis sit impossibilis, non potest agens liberum, positis omnibus ad agendum praequisitus, propriè, simpliciter, & absolu' dici potens ad non agendum.

**120** Hec sunt præcipua p' Annati argumenta quæ (ut considerant patebit) æquè militant contra gratiam congruam, quam ille admittit, quam contra decretum prædeterminans, & gratiam de se efficacem, quam docent Thomistæ. Nam posita gratia illa congrua, quæ est de præquisitis ad agendum, implicat de facto ponit dissensum, & negationem actionis cum illa componi; alioqui, ut supræ dicebamus, falleretur divina præscientia, & eadem gratia simul esset congrua & incongrua. Idem etiam patet in prædestinatione, & in dono perseverantie, & confirmationis in gratia, que libertatem non destruunt, & tamen non possunt cum peccato & damnatione componi. Unde D. Thomas quæst. 23. de verit. art. 5. ad 3. Non enim ista sunt incompossibilia: Deus vult istum salvare, & iste potest damnari: sed ista sunt incompossibilia, Deus vult istum salvare, & iste damnatur. Idem docet Augustinus cap. 12. libri de corrept. & gratia, ubi agens de perseverantie dono quod electi ex meritis Christi recipiunt, dicit illud donum esse tale, ut non solum sine illo perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Quod idem est ac cum tali dono non perseverantiam non posse componi. Unde cap. 6. libri de bono perseverantie, de eodem dono: Quomodo (inquit) potest amitti, per quod si ut non amittatur quod possit amitti. Id etiam ex Adversariis aperte profitetur Petavius tomo 1. libro 9. cap. 7. his verbis: Illud quod per Christi merita tribuitur donum, non solum dat posse si velint, sed etiam velle quod possunt; & est tale ut eo dato non nisi perseverantes sint, id est, ut certò, & quod in scholis dicitur, infaustiliter perseverent, tamen si liberè gratie illi dono que consentiant, non necessario, sed ita ut dissentire possint, si velint, quod Tridentina fuit Synodus, quanvis ut non dissentire velint, eodem illo perseverante dono perficiatur. Ergo ex confessione ipsorum Adversariorum, ad libertatem non requiri ut negatio actionis cum omnibus ad agendum præquisitus possit componi. Quod magis patebit ex solutione argumentorum.

**121** Ad primum ergo distinguo Antecedens: liberum agens, suppositus ad agendum præquisitus ex parte potentia & actus primi, potest agere in sensu composito, concedo Antecedens: præquisitus ex parte applicationis potentia, & actus secundi, nego Antecedens: his enim positis, liberum agens propriè loquendo non potest agere, sed de facto agit, & est in exercitio actuali sua libertatis; unde implicat, quod cum illis negationem actionis componat, alia simul ageret & non ageret. Itaque in sententia Thomistarum, præquisita ad agendum sunt in duplice differentia: quedam enim sententia ex parte potentia & actus primi, ut habitus, virtutes operativa, & auxilia sufficientia; & hæc, cum constituant solum principium habituale operationis, possunt indifferenter cum actione vel non actione componi: alia se tenent ex parte applicationis potentia, & se habent per modum

A reductivi de actu primo ad secundum; & illa, cum constituant principium actualis operationis, non possunt ab ea separari, nec cum illis negatione componi. Quando vero dicit arg. ens, quod Autores in illa definitione liberi agentis, quæ dicitur esse illud quod positis omnibus ad agendum præquisitis potest agere, potest, eodem modo, & in eodem sensu interpretatur: verum est si per præquisitus, intelligentia qua præquiruntur ex parte potentia & actus primi: secundum autem si designantur ea quæ solum præquiruntur ex parte applicationis potentia: his enim positis liberum agens non potest agere vel non agere, sed de facto agit, renon continuandam actionem quam elicit. Unde

Ad confirmationem, similiter dicendum est, quod potentiali liberi agentis in actu primo considerati, & ut liberi libertate tantum potest, est potentia dominativa, quæ datur illi optionis & non actionis; potentia vero liberi agentis in actu secundo, non habet dominium, solum potentiale, sed actualis, quia actu eligit operari, retinendo potentiam ad non agendum, sed ad non continuandam actionem; & hoc secundum dominium est multo perfectius quam procedens, quia illud includit defectum potentialitatis, & carentia seu suspensionis actus, quo stud caret: unde hoc reperitur in Deo formaliter, aliud vero solum eminenter.

Ad secundum in primis respondeo, Antecedens, prout jacer, non esse verum. Nam falsum est quod agere agentis libeti, sit agens liberum componere cum præquisitis ad agendum ipsam actionem; hoc enim convenit etiam agenti necessario, ut patet.

Secundò, hoc dato & non concesso, nos videt Consequentia, quia ad hoc ut agens liberum possit non agere, non requiritur quod possit non componere positivè actionem suam cum præquisitis ad agendum prioritate naturæ, sed sufficit quod possit illam non componere negativè, quod potest praestare, etiam quando illa præquisita non sunt.

Tertiò, distinguo Majorem & secundum argumenti. Agens liberum componere suam actionem cum præquisitis ad agendum, est facere ut pro eodem instanti temporis simul sint in liberabitrio præquisita ad actionem, & ipsa actione in eodem instanti temporis formaliter, concedo in eodem instanti temporis materialiter, nego. Solutio patebit ex statim dicendis.

Quartò, Minor ejusdem argumenti, que allredit quod agens liberum potest absolu' loquendo non componere actionem suam cum præquisitis ad agendum, falsa est, si per præquisitus, intelligantur ea quæ præquiruntur ex parte actus secundi, & quæ actionem sola prioritate naturæ & causalitatis antecedunt, ut confit ex supra dictis.

Denique, ut offendatur hoc argumentum, se purè sophisticum, illud in Adversarium retinquo, hoc modo. Agere agentis liberi est, agens liberum componere ipsam actionem, non solum cum præquisitis, sed etiam cum concomitantibus, inter quæ est concursus Dei simultaneus in ejus sententia: Ergo agens liberum posse non agere, idem est ac illud posse absolu' non componere actionem suam cum concursu Dei simultaneo, & alii actionem coconcomitantibus, & cum ea indissolubilitate connexis: Sed posse componere actionem

non sicut cum concursu Dei simultaneo, & alii actionem concomitantibus, est posse cum illis componere negationem actionis: Ergo agens liberum posse non agere, idem est ac illud posse componere negationem aeternis cum concursu Dei simultaneo, & alii actionem concomitantibus, & cum ea inseparabiliter connexis, quod tamen manifestam implicat contradictionem.

Item prædestinatum salvati, est illum compone salutem cum prædestinatione: Ergo illum posse non salvati, idem est ac illum posse absoluere non componere salutem cum prædestinatione: Sed posse non componere salutem cum prædestinatione, est posse cum illa componere negationem salutis: Ergo prædestinatum posse non salvati, est illum posse componere cum prædestinatione negationem salutis: quod tamē esse impossibile docet D. Thomas supra relatus, & D. Bonaventura infra referendus. Sicut ergo hæc argumenta pure sophistica sunt, ut patet, ita illud quod ab Adversario proponitur, quod neque vi materiae, neque vi forme concludatur.

Ad tertium concessa Majori, nego Minorum, ad cuius probationem, nego Antecedens: Ad probationem in contrarium, distinguo Majori. Componere non peccatum cum prærequisita ad agendum, non est aliud quam facere ut in eodem instanti quo sunt illa prærequisita, sic etiam non peccatum: in eodem instanti formaliter concedo Majorem: in eodem instanti materialiter, nego Majorem; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam.

Explicatur: Posse componere unum cum alio, non est solum posse facere quod existat unum in ei duratione materialiter sumpta in qua existit aliud, sed in supereretur quod illa duratio uniusque extremi coexistentiam mensuraret, aut mensuraretur. Quamvis enim justus v.g. in eodem instanti in quo habet gratiam sanctificationem, possit pro tunc peccare lethali, quia gratia sanctificans, præcisè sumpta, & ut non est associata dono confirmationis, non tollit potest ad peccandum; nihilominus idem justus qui potest peccare in illo instanti, non potest coponere gratiam cum peccato lethali: quia licet possit ponere illud in eo instanti in quo gratia existit, non tamē prout in eo existit gratia, & prout formaliter & reduplicative ejus presentiam & existentiam mentur, sed tantum prout prædictum instanti habet quod mensuraret in exercitio peccatum, si tunc haberet. Item licet ille qui elicit alium amoris, in eodem instanti materialiter sumptu posset non amare, quia liberè amat, non tamen in eodem instanti formaliter: implicat enim quod idem instanti coexistentiam amoris & non amoris simul mensuraret; alioquin idem posset simili esse & non esse, & contradictione de eodem simul verificari. Idem cum proportione dicendum est de promotione ad actum amoris, quæ est in eodem instanti temporis & durationis cum illo, cumque sola prioritate nature & causalitatis antecedit licet enim voluntas in eodem instanti in quo est præmora ad actum amoris, possit potest differere seu carentiam amoris, non tamē potest differire, seu non amare in sensu compositionis: quia non potest talis diffensum seu carentiam amoris ponere in eodem instanti diffensum seu carentiam, & quatenus formaliter & reduplicative mensuratur promotione & amorem qui actum voluntate producitur, sed solum in eodem instanti materialiter sumpto, & prout abstractum ab hoc

A quod ille amor sit productus vel non. Videantur Salmantenses tomo i. in i. p. tract. 4. disp. 10. dub. 5. §. 6.

Ad quartum nego quod quando in Tridentino no definitur liberum arbitrium motum & exercitatum à Deo posse dissentire, significetur per hoc, esse in potestate liberi arbitrii componere ipsum non agere cum prærequisitis ad agendum. Ad probationem in contrarium, dicendum est, de ratione quidem dissensus actualis, & apositi, esse ut existat in eodem instanti formaliter pro quo quis moverit & incitat ad consensum: hoc tamen non esse de ratione dissensus solum possibilis, aut ponibilis, de quo solum loquitur Tridentinum in illo canone 4. sess. 6. Hic enim solum perit, quod possit existere in eodem instanti materialiter sumpto, in quo existit mortio. Nā (ut supra ostendimus) ut alicui insit pro aliquo statu seu duratione vera potentia ad aliquid, nō requiritur quod illud etiam pro illo statu seu duratione sit possibile, sed sufficit quod sit possibile absolute.

Ad quintum jam patet solutio, constat enim ex dictis, membra hujus distinctionis, In sensu composito, & diriso, esse inter se opposita, non eo modo quo contendit arguens: ita ut posse non agere in sensu composito, sit posse facere ut pro eode instanti temporis simul sint prærequisita, & non aetio. Et posse non agere in sensu diviso, sit posse facere ut pro alio initiat tempore quo non sunt prærequisita, sit nō actio (hic enim tenet Calvinisticus est, non Thomisticus, ut art. 4. ostendimus) sed modo jā explicato, ita ut posse non agere in sensu composito, sit negatione actionis posse in eodem instanti formaliter sumpto cum prærequisitis ad agendum coexistere. Posse vero non agere in sensu diviso, sit illa posse existere in eodem instanti, non formaliter, sed materialiter considerato.

Ad ultimum concedo Majorem, & nego Minorum: ad cuius probationem, distinguo Antecedens. Potentia conjuncta cum sui effectus impossibilitate, non sufficit ad tribuendam denominationem simpliciter & absolute potens, si talis impossibilitas sit absoluta, & ex natura rei procedes, concedo Antecedens. Si sit solum pro aliquo statu in tempore, & ratione alicuius suppositionis descendens à libertate, vel à prima eius origine & radice, nego Antecedens, & Consequentiam. Solutio patet ex supra dictis: nam (ut supra arguebamus) Deus abhuc supposito decreto de non creando alio mundo, simpliciter & absolute denominatur potens ad creandum alium mundum, quia licet alius mundus, supposito illo decreto, possibilis non sit, est tamen impossibile absolute. Pars, etiam in statu quo est extra totum, habet veram potentiam ad comprehendendum, per hoc præcisè quod compositionis possibilis absolute, licet extra totum actualis compositionis possibilis non sit. Et prædestinatus vere potest damnari, licet actualis damnatio nunquam possit cum prædestinatione conjungi. Unde D. Bonaventura in 1. dist. 40. quast. 2. ad 1. Quando alieni debetur locus secundum prædestinationem divinam, potest quidem cadere, & locum perdere, & alius qui non est prædestinatus potest locum acquirere, & tamen nunquam hoc eveniet. Et D. Thomas in art. 6. ad 1. Licet sit possibile eum qui est prædestinatus mori in peccato mortali, secundum se consideratum (id est ab intrinseca indifferentiæ causa proximæ, etiam stante illa suppositione) tamen hoc est impossibile, posito (prout scilicet ponitur) cum

cum esse p̄e destinatum. Vnde non sequitur quod p̄adestinatio falli posſit.

## ARTICULUS VII.

*An omnis suppositio antecedens, seu ex libera nostrae voluntatis electione non descendens, deſtruat arbitrii libertatem?*

**H**unc articulū jungimus praecedenti, ut ſecondum Adversariorū fundamen tum convellamus, & mentem ac doctrinam Anſelmi, quā illi maximē abutuntur in hac materia, eluci demus, ac exponamus. Unde fit

## §. I.

*Pars negativa statuitur, & testimonis Conciliorum & SS. Patrum firmatur.*

**D**ico igitur: Omnis suppositio antecedens, ſeu ex libera nostrae voluntatis electione non descendens, non deſtruat libertatem.

Probatur primō conclusio ex Concilio Coloniensi in Enchir. Christiana institutionis dī facr. p̄enit. ubi lichabetur: *Duplex est necessitas: una abſoluta quam vocamus neceſtitatem conquentis: velut in eſſe ē Deum ēſſe, Deum unum ēſſe, hominem ēſſe animal rationale, mortale, nam haec altera habe re nequaquam poſſunt. Alia est neceſtitas conquentia, quā neceſſariō evenire dicimus non quā ſuā naturā neceſſaria ſunt, ſed neceſſariō ſequuntur, propter praecedentes cauſas &c.* Et hac diſtincſione ibidem conciliat libertatem cum divina p̄aſcientia: unde ex hoc loco efficax argumentum defumitur ad probandum omnem ſuppositionem antecedentem non deſtruere libertatem. Neceſtitas enim quā est ex cauſis praecedentibus, oritur à ſuppositione antecedente, ut manifestum eſt: Sed neceſtitas orta ex cauſis praecedentibus non ſemper deſtruat libertatem: Ergo neque neceſtitas proveniens à ſuppositione antecedente. Major pater, Minor vero ſic ostendit. Juxta Concilium, neceſtitas orta ex cauſis praecedentibus, eſt neceſtitas conquentia tantum, & non conquentis, ut conſtat ex verbis relatis: *Sed neceſtitas quā eſt tantum conquentia, & non conquentis, non praejudicat libertati, ut ibidē docet Concilium, & conſentient omnes Theologi & Canonistarē, ut conſtat ex canone Nabuchodonosor, alia ratiſ ira, §. quamvis, 23. quaſt. 4. & ex Glosa ibidē: Ergo neceſtitas orta ex cauſis praecedentibus, non ſemper deſtruat libertatem.*

Probatur ſecondō conclusio ex Anſelmo, cui potiſſimum in hac materia conſidunt Adversarii. Nam Sanctus ille in libro de concordia libertatis cap. 7. in principio docet ſcientiam Dei eſſe cauſam rerum, & probat haec ratione quā etiam utitur Magister in 1. dīl. 38. *Si Deus à rebus habet ſcientiam, ſequitur quod illa prius ſint quam ejus ſcientia, & ſic à Deo non ſint à quo nequeunt eſſe nisi per ejus ſcientiam.* Item cap. o. eiusdem libri, agens de concordia p̄aſcientia & p̄adestinationis cum liberto arbitrio, ait: *Quamvis ſuā voluntas utatur potefiat, nō tamen facit, quod Deus non faciat in bonis ſuā gratia.* Ex quibus locis ſic arguo. Divina ſcientia, juxta Anſelmu, eſt cauſa futuritionis rerum, & gratia boni uſuſ liberarū arbitrii, ſeu determinationis liberarū arbitrii ad bonum: quia (inquit) nō facit voluntas, quod Deus non faciat in bonis ſuā gratia: voluntas autem bene uitetur libero ar-

A bitrio, & ad bonum ſe determinat: Ergo illum bonum uſum & talem determinationem facit Deus in nobis ſuā gratia: Sed omnis cauſa eft prior ſaltem naturā & cauſalitate ſuo effectu, ut docent Philosophi, & lumine naturali notum eft: Ergo ex Anſelmo ſcientia Dei eft ſuppoſito antecedens, reſpectu futuritionis rerum, & gratia reſpectu boni uſuſ & determinationis liberarū arbitrii: Sed nec Dei p̄aſcientia, nec diuina gratia, tollunt uellēdum libertatem & contingentiā rerum, ut eft certum de fide, & roto illo opuſculo docet Anſelmu: Ergo ex doctrina Anſelmi, falſum eft quod omnis ſuppositio antecedens, & ex libera nostrae voluntatis electione non descendens, deſtruat arbitrii libertatem.

Confirmatur: Idem Sanctus cap. 3. ejusdem libri ſic habet: *Quoniam enim quod Deus vult non poſteſt non eſſe, ſi Deus vult voluntatem humana nullā cogi vel prohiberi neceſtitate ad volendum, nō non volendum, & vult effectum ſequi voluntatem, tunc neceſſe eft voluntatem eſſe liberam, & eſſe qui vult. Quibus verbis aperte docet voluntatem diuinam, ratione infinitē efficacitatem quā polleat, cauſare ſubtantiam & modum libertatis in nobis operationibus, & efficere quod voluntas crea infaſibiliter ſimil & liberū opereretur, & conſuerter dari aliquam ſuppositionem antecedentem, quā non tollit, ſed cauſat infaſibilitatem libertatem, & quā neceſtitatem ſolum conquentia & non conquentis inducit.*

Probatur tertio ex D. Thoma 1. p. quaf. 15. art. 8. ubi tertio loco hoc ſibi argumentum obicit. *Illud quod habet neceſtitatem ex priori, eſt neceſſarium abſolute: ſed res creatā à Deo, comparatur voluntatem diuinam, ſicut ad aliquid prius à quo habent neceſtitatem: ſequitur ergo quod omne quid Deus vult ſit neceſſarium absolute.* Ecce ipfum Adversariorū fundamen tum, cui ſic responderet. *Ad Tertium dicendum quod posteriora habent neceſtitatem, iuxta modum priorum: unde & ea quā uni à voluntate diuinā, talem neceſtitatem habent, qualem Deus vult ea habere, ſilicet vel abſolutam, vel conditionalem tantum, & ſic non omnia ſunt neceſſaria abſolute.* Quibus verbis S. Doctor duo docet quā Adversariorū doctrinā aperte repugnant. Primum eft, res omnes creatas, & conquenter a ceteris liberos nostrae voluntatis, quātique aliquid creatum ſunt, comparariad voluntatem diuinam ut ad aliquid prius, & in eam reduci tanquam in primam & universalifimam cauſam. Secundum eft, quod quidquid habet neceſtitatem ab aliquo priori, non eft neceſſarium abſolute. Quia (inquit) *Posteriora habent neceſtitatem, iuxta modum priorum.* Ex quo infer, aliqua habere à voluntate diuinā neceſtitatem abſolute, ut ſolem oriri, ignem calefacere &c. Alia vero hypotheticam tantum, & conditionalem: ut p̄adestinationum ſalvari, p̄aeventum gratiā efficaci converti &c. Ergo falſum eft, quod omnis ſuppositio antecedens, & ex libera nostrae voluntatis electione non descendens, tollat libertatem, & neceſtitatem antecedentem, ſeu abſolutam inducat.

Confirmatur: D. Thomas ibidem ſibi obicit aliud argumentum, quod etiam communiter nobis opponunt Adversarii. *Omnis cauſa quā uero potest impediſſi (tēn cui non potest refiſti) ex neceſtitate ſuum effectum producit: Sed voluntas Dei non potest impediſſi, nec cirſiſti: dicit enim apostolus ad Rom. 9. Voluntati enim ejus quā refiſti:* Ergo